

D. Anselmi

G quando ista veritas esse non potuit, si esset oratio in qua esse posset, intelligatur illa veritas sine principio fuisse, quæ prima causa est huius veritatis. Quippe veritas orationis non semper posset esse, si causa causa non semper esset. Etenim non est vera oratio, quæ dicit futurum esse aliud, nisi re ipsa sit aliquid futurum, neque aliquid est futurum, si non sit in summa veritate. Similiter de illa intelligendum est veritatem orationis, quæ dicit: quia præteritum est aliquid. Nam si nullo intellectu veritas orationi huic, si facta fuerit, deesse poterit: necesse est, ut eius veritatis quæ summa causa est, itius, nullus finis intelligi possit. Idcirco namque vere præteritum dicitur esse aliquid, quia ita est in re: & ideo est aliquid præteritum, quia sic est in veritate summa. Quapropter, si nunquam potuit non esse, verum, futurum esse aliquid, & nunquam poteris non esse verum, præteritum aliquid esse, impossibile est principium summæ veritatis fuisse aut finem futurū esse. **Di.** Nihil tuæ rationi obici posse video.

H. De veritatis diffinitione.

Cap. XII. **Mag.**

Edeamus ad indagationem veritatis,

R quam incœpimus. **Disci.** Totum hoc pertinet ad indagadām veritatem: veritatem redi ad quod vis. **Mag.** Dic ergo mihi, an tibi videatur esse aliqua rectitudo alia, præter has quas contemplati sumus? **Discip.** Non alia præter has nisi illa, quæ est in rebus corporis, quæ multum est aliena ab ipsis, ut rectitudo virginæ. **Mag.** In quo tibi illa videatur differre ab ipsis? **Disci.** Quia illa visu corporeo cognosci potest, ita rationis capit contemplatio. **Mag.** Nonne rectitudo illa corporum ratione intelligitur præter subiectum, & cognoscitur? Aut si de aliquibus corporis absentia linea dubitet, an recta sit, & monstrari potest, quia in nullam partem flebitur. Nonne ratione colligitur, quia rectam eam necesse est esse? **Disci.** Etiam. Sed eadem, quæ sic ratione intelligitur, visu sentitur in subiecto. Illa verò non, nisi sola mente percipi possunt. **Mag.** Possumus igitur, nisi fallor, diffinire: quia veritas, est rectitudo sola mente perceptibilis. **Di.** Nullo modo hoc dicetem falli video. Nempe nec plus nec minus continet ista diffinitione veritatis quā expiat: quoniam nomen rectitudinis dividit eam ab omni re, quæ rectitudo non vocatur. Quid vero, sola mente percipi dicitur, separat eam à rectitudine visibili. Sed quoniam docuisti me omnem veritatem esse rectitudinem, & rectitudo idem videtur mihi esse, quod iustitia.

I. De iustitia ex eius diffinitione. **Cap. XIII.**

Vtstia quoque doce me, quid esse intelligam. Videatur nanque, quia omne quod rectum est esse, iustum etiā est esse: & cōversim, quia quod iustum est esse, rectum est esse. Iustum enim & rectū videtur, ignem calidum esse: & vnumquemque hominem, diligenter se diligere. Nā si quicquid debet esse, recte & iuste est: nec aliquid recte & iuste est, nisi quod debet esse:

sicut puto, non potest aliud esse iustitia, quam rectitudo. In summa nāque & simplici natura, quāvis non ideo sit recta & iusta, quia debet aliquid dubium: tamen nō est idem, esse rectitudinem, & iustitiam. **Ma.** Habet igitur diffinitionem iustitiae: si iustitia nō est aliud quam rectitudo. Et quoniam de rectitudine sola mente perceptibili loquimur, inuicem sese diffiniunt veritas, & rectitudo, & iustitia: ut quānam carum nouerit, & alias nescierit: per notam ad ignorantum scientiam pertingere possit: immo qui nouerit vnam, alias nescire non possit. **Di.** Quid ergo? An dicemus lapidem iustum, cum à superioribus inferiora perit: quia hoc facit, quod debet: quemadmodum dicimus hominem iustum, qui quod debet facit. **Ma.** Non solemus huiusmodi a iustitia iustum dicere. **Di.** Cuī ergo magis homo quām lapis iustus est, si veterque iuste facit? **Ma.** Tuispe an non putas face re homini, à facere lapidis aliquo modo differere? **Di.** Scio quia homo sponte, lapis naturaliter & non sponte facit. **Ma.** Idcirco lapis non dicitur iustum: quia non est iustus, qui facit quod debet, si non vult quod facit. **Di.** Dicemus ergo iustum esse equum, cū vult pascere: quia volens facit quod debet? **Ma.** Non dixi iustum esse eum, qui facit volens quod debet: sed dixi non esse iustū, qui non facit volens quod debet. **Di.** dic ergo, quid sit iustus Ma. Quāris, ut video, diffinitionem iustitiae, cui laus debetur: sicut contrario eius scilicet iniustitię debetur iutuperatio. **Di.** Illam querō Ma. Constat, quia illa iustitia nō est in vila natura, quæ rectitudinem non agnoscit. Quicquid enim non vult rectitudinem, etiam si eam tenet, non meretur laudem: quia tener rectitudinem: velle autem illum non valer, qui nescit eam. **Di.** Verum est. **Ma.** Rectitudo igitur, quæ tenenti se laudem acquirit, non est nisi in rationali natura: quæ sola rectitudinem, de qua loquimur, percipit. **Di.** Ita sequitur. **Ma.** Ergo quoniam omnis iustitia est rectitudo: nullatenus est iustitia, quæ seruantem se facit laudabilem, nisi in rationalibus. **Di.** Non potest aliter esse. **Ma.** Vbi igitur tibi videatur ista iustitia in homine, qui rationalis est? **Di.** Non est nisi, aut in voluntate, aut in scientia, aut in opere. **Ma.** Quid si quis recte intelligit, aut recte operatur, non autem recte velit: laudabit eum quisquā de iustitia? **Di.** Non. **Ma.** Ergo non est ista iustitia, scientia rectitudo, aut rectitudo actionis: sed rectitudo voluntatis. **Di.** Aut hoc erit, aut nihil. **Ma.** Videatur tibi sufficienter esse diffinitionia iustitia, quā querimus? **Di.** Tu vide. **Ma.** Quicquid vult quod debet: putas eum recte velle, & habere rectitudinem voluntatis? **Di.** Si quis nescies vult quod debet: vt cum vult ostium claudere contra illum qui ipso nesciente vult in domo alium occidere: siue iste habeat, siue non habeat aliquam voluntatis rectitudinem, non habet illum quām quarimus. **Ma.** Quid dicas de illo, qui scit se debere velle quod vult? **Di.** Potest contingere, ut intelligens velit quod debet, & nolit se debere. Nam cū latro cogitur ablatam reddere pecuniam: pa-